



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 31. Parisinæ Universitatis maculæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

unum idemque diploma Tolosam misso Sæcul. XIV.
A.C. 1317.
simillimum ac 13 Aug. an. 1317 datum
Papa tribuit, quod dixi, decus: utrique
pristinum reliquit Præsulem sed pontificia
dignitate auctum, Malleacensi Godefri-
dum Ponerellum, Lucionensi Petrum
Voirium: quos Cardinalis Berengarius
Fredolius Episcopus Ostiensis Avenione
consecravit die dominico ante festum S.
Catharinæ 20 Nov. eodem anno. No-
stra ætate Malleacensis cathedra Rupel-
lam translata est anno 1648.

§. XXXI.

Parisiense Universitatis maculæ.

Interim Papa de indignis rebus in Parisi-
nam, cujus ipse alumnus fuerat, Uni-
versitatem inductis certior factus ad eam
scripsit in hanc sententiam. Mira no-
bis sunt, quæ de vobis comperimus. A-
liqui vestrum doctrinæ laurea insignes
coeptam librorum explicationem per ne-
gligentiam aut levitatem animi non ab-
solvunt. Alii philosophorum opinionibus
addicti, dogmata fidei non vene-
rantur satis, vel saltem omissis rebus piis
ac utilibus inanes sectantur argutias.
Quidam expertes ingenii sine sufficien-
te examine in Doctorum ordinem re-
cipiuntur. Alii non frequentant sole-
mpnes disputationes in schola Parisiensi a

*Rayn. 1317.
n. 15. 1318.
n. 26.*

Sæcul. XIV. longo tempore usitatas. Nonnulli Ju-
A.C. 1317. rium Professores, cum applicare se ad do-
 cendos discipulos deberent, advocato-
 rum functiones obeunt, & causas agunt.
 Dicit, ut se corrigant; alioquin fore,
 ut eos in ordinem adducat. Dabat 8
 Maji an. 1317. Aliis ex epistolis appa-
 ret eum curæ habuisse Universitates Au-
 reliæ, Tolosæ ac Oxonii.

§. XXXII.

Eduntur Clementinæ.

Baluz. to. I.
p. 137.
Præfat. Cle-
ment.
 Eodem anno collectionem sanctionum
 Clementis V pervulgavit, & ad Uni-
 versitates, Parisinam præcipue ac Bo-
 noniensem misit cum litteris, quarum hæc
 erat summa. Papa Clemens V ante-
 cessor noster multas sanctiones edidit
 non solum in concilio Viennensi, sed &
 antea posteaque tam pro decidendis
 quæstionibus, quam vitia corrigendi cau-
 sa. Collectas unum in volumen, & con-
 gruos ad titulos redactas publici juris
 facere statuerat. Sed negotiorum gra-
 vium multitudo & mors superveniens
 impediabant ejus consilium. Nos ipsi,
 postquam ei successimus, huc usque non
 potuimus vobis mittere has sanctiones,
 quæ vobis deinceps servient in scholis
 ac tribunalibus. Quas Bononiam misit,
 litteras dabat 25 Octobris. Hanc colle-
 ctionem